



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”



2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

Quadrantem Stereographicum delineare, et
ejus ope omnis generis horologia plana describere.
Horizontale Astronomicum.

In tabula plana, aut charta rigida, fac quadrantem $A.B.C.$ cuiusq; divide in 90. gradus, atq; ex Centro $B.$ per gra-
dus singulos duc lineas rectas, numeris adscriptis ut vides in sequen-
ti figura factum. hujus Quadrantis ope omnis generis horologia
plana delineabis.

Horizontale Astronomicum.

1^o in plano horologij futuri duc rectas $A.B.C.D.$ intersecantes
se ad Normam in $N.$, quarum $A.B.$ meridianam, $C.D.$ equinoctia-
lem referat.



2^o In Quadrante duc rectam $D.E.$ parallelam recte $A.B.$, et nota
puncta intersectionis cum radiis $A.15, A.30, A.45, A.60, A.75, A.90$,
scriptis numeris horariis ut vides. Quo autem recta $D.E.$ magis di-
stabit ab $A.B.$, eo majus fiet horologium.

3^o in rectam $C.D.$ horologij, ex puncto intersectionis $N.$ transfer
utrinq; versus $C.$ et $D.$ distantias lineae $D.E.$ Quadrantis, nempe distan-
tiam $D.1$, et 11 ; $D.2$ et 10 ; $D.3$ et 9 . etc.

4^o in Quadrante ex $B.$ versus $C.$ numera altitudinem poli regionis
tuae v. g. Herbipoli gradus 50, et nota punctum $F.$ in quo radius $A.50$
intersecat lineam $D.E.$, acceptamq; circino distantiam $A.F.$, transfer
ex $N.$ horologij sursum in $U.$, eritq; $U.$ centrum horologij.

5^o ex $U.$ per puncta in $C.D.$ inventa duc rectas, et habebis lineas
horarias. Perpendicularis per $U.$ ducta, dat lineam horae 6^ae . Iuxta
hanc per centrum $U.$ producta linea horae 5^ae et 7^ae etc. dant reliquas horas.

6^o Lineam $N.U.$ divide bifariam in $I.$, et intervallo $I.U.$ describe
circulum, distantiam $N.I.$ transfer ex $N.$ in $P.$ $Q.$, et puncta haec $P.$
 $P.$ et $Q.$ conjunge recta $P.Q.$ $M.Q.$; eritq; $M.$ locus styli perpendicularis
tendi; $M.Q.$ longitudo ejus; $A.Q.$ axis mundi seu stylus angularis
nunc sequuntur figurae.



Horologium Horizontale Astronomicum.

Secundum angularem H. Q.

P^o Et inde verticale sic fit: Iunctis ut antea in plano horologii futuri rectis A. B. C. D. intersectantibus se in N, et ducta recta D. E. in quadrante, transfer in C. D. puncta horaria ex quadrante antea. **2^o** Et B. in C. quadrantis numera complementum altitudinis poli, v. gratia Herbipoli 40, et nota punctum F. in quo radius A. 40. intersectat rectam D. E.; distantiam A. F. transfer ex N. Horologii in A, et ex A. per puncta C. D. duc rectas. **3^o** Divisa N. A. bifariam in I. fac circulum intervallo I. A. et acceptam distantiam N. G. transfer ex N. in P. et Q; recta P. Q. dat locum styli M; ejus longitudinem N. A., axem mundi.

Horologium universale horizontale, verticale,
aquinotiale, etolare describere in eodem
plano.

1^{mo} Fac laminam parallelogramam rectangulam M. N. libita
longitudinis ac latitudinis, ductisq; perpendicularibus D. O. P. E.
Describe ex D. intervallo D. D. quadrantem, divisum in 90. gradus,
perque eos ex D. duce rectas lineas usq; ad latus D. E., et numeros
adscribe, ut vides initio facto ab E.

2^{do} In plano D. B. C. D. horologii futuri duc rectam D. V. B. pro Me-
ridiana, cuius portio D. V. non sit brevior quam D. E. laminae; et per
V. duc aliam perpendiculararem C. D. pro aquinotiali.

3^{io} Secta V. D. applica latus D. E. laminae, ita ut punctum D. re-
spondeat puncto V.; et ad singulos quindenos gradus lateris D. E. im-
prime puncta lineae V. D., eaq; transfer in V. C., et habebis in aquino-
tiali puncta horaria pro horologio horizontali et verticali.
Numeros adscribe ut vides



4^{to} In meridiana D. B. fac crenam sive vimam aut fissuram K. H.
tenuem secundum coarctationem laminae, in cuius puncto V. laminam
in puncto suo D. ita inserte, ut circa aciculam transversim in V.
insetam, veluti circa axem, pro libitu rotari possit intra crenam,
non laxè tamen ac facile, sed arctè et cum resistantia, ita, ut du-
rum sit eam retinere queat. hisce factis erit horologium preparatum.

5^{to} Usus pro horizontali horologio huius est: Planum D. B. C. D.
include capsa, ut sit instar capsa operculi. Deinde beneficio acus ma-
gnétique, aut alia ratione, dispone capsam, ut D. respiciat meridiem, et D.
B. congruat Meridiano loci. Demum laminam circa axem suum versa,
sicem, eaq; intra crenam attolle aut deprime, donec recta V. D. abscindat
in regula seu laminae latere D. E. gradum elevationis poli regionis tue,
referatq; eminent supra planum horologii portio laminae axem mundi,
nempe Z. D. E. Sole igitur luente, dicti axis mundi umbra rese-
cabit in aquinotiali horam quasitam, inq; in quavis regione, dummodo

Lamina ita attollatur aut deprimatur intra dictam crenam, ut angulus $L. R. K.$ sit aequalis angulo elevationis poli illius regionis.

Uusus pro Verticali est sequens.

Laminam predictam attolle aut deprime, ut latus $L. D. R.$ constituat cum crena angulum $L. R. K.$ aequalem angulo elevationis aequatoris regionis tua; planum vero ita erige, ut respiciat directè Meridie, et Meridiana $A. B.$ exatè respondeat lineae verticali seu diametro Verticalis.



Uusus pro Aequinoctiali et Polari.

Deprime laminam intra crenam, ut recta $A. F.$ congruat crenae $A. V.$ et $A. F.$ constituat angulum rectum cum Plano horologij; Eleva deinde Planum juxta elevationem Aequatoris aut Poli, in quavis regione data, et umbra Laminæ monstrabit horas.

DD IX 3515



ksiaznica@kc-cieszyn.pl